



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

119 [i. e. 109] In permutationibus beneficialibus vbi fiat resignatio,
collatione ad Episcopum sed ad alios pertinente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

liquet ex complemento secundo; tametsi per se se satis hoc intelligebatur ex vltima clausula capit. quæsitum. hoc titulo. Quare quod Pontifex permutantes hos priuet suis beneficiis, causa fuit hæc quod antequam Episcopus adiretur ipsimet inter se permutationem complerent, vt patet ex vers. cum ergo nobis constaret. hoc nostro cap. cum dumtaxat ipsis permitteretur incipere tractare de permutando; iuxta cap. cum vniuersorum. hoc tit. Quæritur hic oportune, si beneficiorum permutandorum collatio non pertineat ad Episcopum sed ad alios quosdam Episcopo inferiores, vtrubi resignatio talis ex causa permutationis fieri debeat? Ac ratio permutationis beneficalis approbandæ cogit, vt Episcopum nihilominus hac de re dicamus ad eundem; quandoquidem ceteri collatores Episcopo minores hac approbandæ vel reprobandæ permutationis auctoritate carent: id quod satis idonee probatur d. capit. Quæsitum. hoc tit. quia tamen verorum collatorum interest, vt & Patronorum, quinam quibus beneficiis præficiantur, merito requiritur horum consensus argum. cap. cum inter vniuersas. s. de elect. & cap. nobis j. de iure Patronat. & ita quoque post Ioannem Andree sentit hoc loco Gaufredus cognomine, Collectarius num. 11. Verum quid si præterierit eos Episcopos? ecquid hanc permutationem vnà cum noua collatione hinc secuta dicemus esse nullam? verius est ipso
e iij qui-

119

In permutationibus beneficalibus vbi fiat resignatio, collatione non ad Episcopum sed ad alios pertinente.

110

Consensus collatoris & patroni.